CC BY NC SA

ingemĕre, ingemuisse. *uerb. intr., tr.* **Formae** *quae perf.* ingemu- *exhibent, alii eas ad* ingemiscere [TLL, OLD] *applicant.* **Etym** gemere. [**Freq** media **171**[indicia] **10**[/d.c.m.] 70 Lucr] *uocabulum scriptis litterariis omne genus, praecipue narrando (hersui heroico) et argumentando aptum; omnibus usibus, saepissime doctis; magis prosa quam uersu pro rata parte prospicienti; et quandoquidem technicis apparet; inde a saec.* I *aec. inuenitur, in fine Antiquitatis languens.*

Variatio		indicia	p[/d.c.m. subc.]
operum	argumentalis	52	7,8
	dramatica	2	4,5
	lyrica	8	28
	narratiua	100	18
	satirica	3	16
	exponens	6	2
diachronica	I aec.	34	12
	I-II ec.	75	19
	III-V ec.	62	7
diaphasica	docta	74	35
	media	95	7,1
	quotidiana	2	3,5
diastratica	litteraria	167	12
	technica	4	1,4
modus	prosa	92	6,6
	uersu	79	40

¶ **a1** *ob laborem gemere - gemir por un esfuerzo* [**hyper** sonare] 70 Lucr 5.209. uis humana ... ualido consueta bidenti ingemere et terram pressis proscindere aratris. 37-29 Verg Georg 1.46. depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro ingemere. 30 Hor Epod 5.31. Veia ... humum exhauriebat, ingemens laboribus. 2-8 Ov Met 4.450. a corpore pressum ingemuit limen. 98 Tac Germ 46.4. ingemere agris.

quo casu magis quam gemere *dicebat - en este caso, suponía un escalón por encima de* gemere 📖 **Gloss** 4.446.48. ingemit ualde gemit. 4.95.2. ingemere qui in aerumna constitutus grauissimis langoribus confringuntur.

seu ob dolorem gemere, praesertim ob uulnera bello conquisita - o gemir de dolor, especialmente a causa de las heridas de guerra 45 Cic Tusc 2.41. Quis mediocris gladiator ingemuit? Tusc 2.59. tum ingemuisse Epaminondam putas, cum una cum sanguine uitam effluere sentiret? 2-8 Ov Met 6.245. traiecit utrumque sagitta. ingemuere simul. 12.300. ingemuit duroque sudem uix osse reuulsit Rhoetus. 60 Petron 54.2. Ipse Trimalchio cum grauiter ingemuisset ... concurrere medici. 95 Quint Inst 4.2.113. qui cum uirgis caederetur non ingemuerit, non rogauerit. 125 Apul Met 5.28. ille uulnere lucernae dolens ... ingemebat. 📖 Ps Dosith Mon 142a. epistenazo ingemo epistenazi ingemit. **Gloss** 2.311.11. Ingemo ἐπιστενάζω.

queri, i. e. querelam expromere quasi inaudibilem, quae negando exprimitur - quejarse, expresar entre gemidos una queja, una protesta casi inaudible, habitualmente en frase negativa 68-44 Cic Att 7.1.6. *cum putarem pecuniam magnam* referre in aerarium ..., ingemuit nostra cohors omne illud putans distribui sibi oportere. 55 Cic De orat 1.230. Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo est questus. 197 Tert Nat 1.1.2. quotidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis. 386 Ambr Epist 1.17.16.1. mori non dolui, quia te haeredem habebam: imperio me decedere non ingemui.

Chris *ob labores queri, qui ab Aegyptiis indicebantur - quejarse de los trabajos forzados a que los sometieron los egipcios* [**dom** Aegyptus, opus] 370-420 Hier Epist 3.78.19. Legimus Aegyptios lateres in Exodo, quos populus faciens ingemuit.

id quod exprimebatur uox erat ab ore exiens sed litteris syllabisque carens - su resultado fue considerado como una voz, como una expresión oral, aunque inarticulada 68-44 Cic Att 2.18.1. hic status qui nunc est una uoce omnium gemitur neque uerbo cuiusquam subleuatur. 2-8 Ov Met 3.202. 'me miserum!' dicturus erat: uox nulla secuta est! ingemuit: uox illa fuit. 419-420 Aug Epist 204.2.6. cum testimonio lacrymosae uocis ingemuit.

contra ridere *et similia oppositum est - estuvo opuesto a* ridere *y similares* [**dom** ridere] 68-44 Cic Att 1.1.1. Puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse. 80-90 Stat Theb 10.907. ingemuit dictis superum dolor; ipse furentem risit. 6.697. ingemuere omnes, rarisque ea uisa uoluptas. 390-406 Vulg Is 24.7. ingemuerunt omnes qui laetabantur corde.

per aduerbia apparebat cum in maius considerari oportebat - fue intensificado adverbialmente [**dom** grauiter, medullitus] 29-19 Verg Aen 10.789. ingemuit cari grauiter genitoris amore. 125 Apul Met 7.2. medullitus ingemebam. 330-430 Heges 5.5.21.41. aspiciens Titus ... saniem dilaceratis uisceribus innatantem, alte ingemuit.

a2 *exspirare - exhalar el último gemido* [**hyper** perire[a] **sim** →exspirare[c]] 29-19 Verg Aen 4.692. oculis ... errantibus alto quaesiuit caelo lucem ingemuitque reperta. 350 Iust 12.13.9. Accepto poculo media potione repente uelut telo confixus ingemuit.

b1 *ob animi motus gemere significauit, praecipue in cordis ima penetrari - significó gemir por razones emotivas; entre ellas, por ser tocado en el propio interior, en la fibra sensible* 60-54 Cic Ad Q fr 2.9.2. nihil dicam aliud nisi uerebor, ne quando ego tibi, cum sum una, molestus sim. uideo te ingemuisse. 398 Aug Serm 350b.3. Est, qui requirat et discutiat opus uestrum. Ecce, ingemuistis.

saepius ob animi dolorem gemere fuit, minime habilis contra externas causas, iniustas uexantiaque, pugnandi - más abundantemente, lamentarse por un dolor interior, incapaz de hacer frente a los motivos externos que lo causan, injustos y opresivos [**hyper gradus** →flere[b] **sim** gemere[b1]] 56 Cic Vatin 31. quis tum non ingemuit, quis non doluit rei publicae casum? 44-43 Cic Phil 2.64. Una in illa re seruitutis oblita ciuitas ingemuit. 29-9 Liv 26.16.12. cuius ruinis ... populi ingemuissent. 92 Sil 15.710. occubuit ... et sero ingemuit stabulis exisse paternis. 121 Suet Iul 7.1. animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine ingemuit ... quasi pertaesus ignauiam suam. 400 Hist Aug Ver 5.6. ingemuisse dicitur et doluisse publicum fatum.

et dolorem ob alienas mortes expressit - también expresó la aflicción por la muerte de otros 42-39 Verg Ecl 5.27. Daphni, tuom Poenos etiam ingemuisse leones interitum. 29-19 Verg Aen 10.823. ut uultum uidit morientis et ora ... ingemuit grauiter miserans. 11.840. ut ... prospexit tristi mulcatam morte Camillam, ingemuit. 50 Curt 9.3.20. Coenus morbo extinctus est: cuius morte ingemuit quidem rex. 63-65 Sen Her O 1785. caesos ingemunt nati patres. 92 Sil 6.207. ingemuit casus iuuenum miseratus acerbos. 330-430 Heges 5.1.30.36. accepto germani necis nuntio paulisper ingemens. **Inscr** 1-100 *Mogontiaci in Germ Sup*. bis denis mihi mors annis accessit iniqua. ingemit et damno Seccius ille graui.

eo usum est cum timor praebebatur, praesertim minarum futurarum - fue utilizado en situaciones de temor, especialmente por el futuro amenazante 29-19 Verg Aen 1.92. praesentem ... uiris intentant omnia mortem ... Aeneae soluuntur frigore membra: ingemit. 23 Ov Epist 13.87. pes tuus offenso limine signa dedit. ut uidi, ingemui. 2-8 Ov Met 12.589. ubi has iamiam casuras adspicis arces, ingemis? 62-65 Lucan 7.85. ingemuit rector sensitque deorum esse dolos et fata suae contraria menti. 80-90 Stat Theb 7.822. respexitque cadens caelum, campumque coire ingemuit. 405 Prud Perist 3.108. Te lacrimis labefacta domus prosequitur generisque tui ingemit anxia nobilitas.

seu praeteriti temporis quod numquam rediturum esset - o el pasado que no volverá 80-90 Stat Theb 11.747. erigitur meminitque sui, uiresque solutas ingemit et campis alios regnare leones. 330-430 Heges 5.5.25.9. pomaria, suburbana praedia gratam sui speciem dabant, si quis postea uidit, hospes ingemuit, incola non recognouit. 384-440 Macr Sat 3.14.13. uides quemadmodum ingemuerit Africanus, quod uidisset cum crotalis saltantem filium ... candidati.

ut actio suauis et tacita, minime infesta, comprehendebatur - fue entendido habitualmente como una acción suave y callada, que no quiere ser ofensiva 80-90 Stat Theb 5.28. ingemit ... paulum fletu cunctata modesto. 100-199 Calp Decl 18. licet tacitus, ingemui. 348-405 Prud C Symm 1.479. abducta genitor si uirgine mussans tristius ingemuit.

[**dom** heu, uae] 353-431 Paul Nol Epist 13.6. ingemit dicens: heu me quod incolatus meus prolongatus est. 390-406 Vulg Reg I 4.8. ingemuerunt, dicentes: uae nobis. 📖 Serv Ecl 9.28. Mantua uae miserae nimium bene ingemit Mantuanorum infelicitatem.

gram *emere* dat *- lamentarse* de 29-9 Liv 36.28.9. ingemuerunt ... principes condicioni suae. 12-16 Ov Pont 2.7.32. Nulla Getis toto gens est truculentior orbe, sed tamen hi nostris ingemuere malis. 50 Curt 4.10.30. ingemuisse etiam Alexandrum morti. 92 Sil 12.106. ingemit aduersis.

ingemere + inf. *- gemir* porque 45-95 Stat Silu 2.5.27. ceu notus caderes tristi gladiator harena, ingemuere mori. 92 Sil 15.67. quis luce suprema dimisisse meas sero non ingemit horas? 386 Ambr Epist 1.17.16.1. imperio me decedere non ingemui.

per acc. internum siue adu. 80-90 Stat Theb 11.238. grande coactus ingemuit. 80-90 Stat Theb 11.238. ne prope limina clarum ingemat.

ingemere de 370-420 Hier Epist 4.110.10. 400 Aug C Parm 3.2.8. de tam malo collegio testimonio liberae uocis usque ad ea scripta quae posteris etiam proderentur ingemuit.

b2 *et animalia ingemuerunt, ut fabulae coruus - se lamentaron también seres no humanos, como el cuervo de la fábula* 30-50 Phaedr 1.13.12. ore emisit caseum ... tum demum ingemuit corui deceptus stupor.

paronomasia *seu ea quae ob pabuli inopiam mugiuntia gemunt - o los animales que gimen y mugen por falta de alimento* 390-406 Vulg Ioel 1.18. quid ingemuit animal mugierunt greges armenti quia non est pascua eis.

Chris *seu daemonium, in serpentem formatum - o el demonio, naturalizado en serpiente* 400-430 Sedul Op pasch 5.18. nullis ultra pomorum decipientes insidiis serpens ingemit ille tartareus.

b3 *uel ipse rumor gemebat - o bien gemía el propio rumor* 100-199 Ps Quint Decl 19.3. quantus qualisque circa iuuenem rumor ingemuit!

adynaton *at saepe gemitus edere fuit, qui ab inanimis audiebantur cum extrema paterentur, ut agri seu currus - pero muchas veces se aplicó a los gemidos que, en situaciones extremas, emitirían seres insensibles, como los campos o los carros* 62-65 Lucan 7.768. ingemuisse putem campos. 80-90 Stat Theb 7.790. tunc uero ingemuit currusque orbique iugales.

b4 *id etiam in designando et in significando gemere trabium compages, naue uectoris acerbitates gemente - en confluencia entre sus usos referenciales y semantizados, fue gemir el maderamen de un barco que lamenta las desgracias de su pasajero* 9-12 Ov Trist 1.4.10. pinea texta sonant pulsu, stridore rudentes, ingemit et nostris ipsa carina malis.

seu siluae, deo alas suber arbores mouente - o del bosque que gime bajo el aleteo de un dios 80 Val Fl 1.577. omne dei rapidis nemus ingemit alis.

b5 Chris *terris peregrinare donec in caelum migres - vivir en este valle de lágrimas* [**sim** gemere[b7]] 207 Tert Adu Marc 5.12.2. qui sumus in isto tabernaculo corporis, ingemimus quod grauemur. 353-431 Paul Nol Epist 13.6. agnouit prorogata sibi tempora, ingemit dicens: heu me quod incolatus meus prolongatus est.

ubi uericola esse certe credit cum se in Christianam fidem conuersum sciat et salutem caelo petat - en el que el creyente es consciente de estar desde el momento en que ha sido convertido y opta a su salvación [**dom** conuersus, saluus] 353-431 Paul Nol Epist 38.8. in iugo Christi ex quo conuersus ingemuisti. 355-361 Lucif Reg apost 816b. cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris.

item, loqui propheta seu uericola - también, decir algo el profeta o creyente 370-420 Hier Epist 4.110.10. illud humanae fragilitatis incertum, de quo superius ingemui. 400-430 Aug Epist 157.4.34.2. quando accedit ad fidei sacramentum, facit quod de lapsis beatus Cyprianus ingemit.

b6 Chris *seu orare - o rezar* [**hyper** orare[b]] 208-212 Ps Tert Carm de Resurr 174. precibus ... ingemit orbis.

adi. **c** ingemens. *sollicitus siue anxius - angustiado* [**rel** →anxius[a]] 420 Cael Aur Acut 144. ingemens atque turbulentus somnus.